Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift



109

omnium inimicorum nostrorum venit assur cum omnibus aquilonis in multitudine
fortitudinis suae. cui multitudo obduravit torrentes. et equi eorum co
puerunt valles. Dixit se incensurum fines meos. et iuvenes meos occisu
ros gladio. infantes meos dare in praedam. et virgines meas captivitati. Vnus
autem omnes nocuit eis. et tradidit eis in manus femine et confudit eos. Non
enim occidit potens eorum adiuvenibus. nec filii tytan percusserunt eum. nec excel
si gigantes inposuerunt se illi. Judith filia merari in specie faciei suae
dissoluit eum. Exuit enim se vestimenta viduitatis. et induit se vestimento
letitiae in exultatione filiorum israel. Unxit faciem suam unguento. colligavit
crinem capitis suos mitra addecipiendum illum. Sandalia ei rapuerunt ocu
los eius. pulchritudo eius captivam fecit animam eius. Amputavit gladio
ceruice eius. horruerunt per se conscientiam eius. et mediaudaria eius. Tur
ululaverunt castra assyriorum. quando apparuerunt humiles mei arescen
tes in sitiri. filii puellarum compunxerunt eos. et sicut pueros fugientes
occiderunt eos. perierunt in plio a facie domini. Ymnum cantemus domino. ymnum
novum cantemus deo nostro. Adonay domine magnus es tu. et polcrus in iu
stitia. et quem superare nemo potest. Tibi serviat omnis creatura tua. quia
dixisti et facta sunt. misisti spiritum tuum et creata sunt. et non est qui resistat vo
ci tuae. Montes a fundamentis movebuntur cum aquis. petre sicut cera liqueſ
cent ante faciem tuam. Qui autem timent te magni erunt apud te omnibus.
Ve genti insurgenti super genus meum. dominus enim omnipotens ulciscetur in eis.
in die ultionis iudicabit illos. Dabit enim ignem et vermes in carnes eorum.
ut uranturet sentiant usque in sempiternum. Et factum est post hec. om
nis populus post victoriam venit ierusalem adorare deum. Et mox ut purifi
cati sunt. obtulerunt omnes holocausta et vota. et repromissiones suas.
Porro iudith universa vasa bellica holofernis quae dedit illi populus.
et conopeum quod ipsa sustulerat. in anathema obliuionis. Erat autem po
pulus iocundus. secundum faciem suam. Et per menses gaudium huius